



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

**Tit. II. De Juris scripti partibus.**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

in foro utimur, constat Decreto, libris quaque Decreta-  
lum Gregorii IX. Sexto Decretalium Bonifacii VIII.  
Clementi & Extravagantibus Ioanni XXII cum Com-  
muniis, id est, & aliorum Summorum Pontificum  
Quod ad Decretum attinet, illud, siudicorem spectemus,  
nulla propriè juri Canonici pertinet. Habet enim auto-  
rism Gratianum monachum, qui illud privato studio  
collegit ex constitutionibus Summorum Pontificum, Cen-  
ciorum, Episcoporum, juris Civilis, & sententia San-  
ctorum Patrum. Nam ex his opus ejus compatiuntur;  
quamvis nonnulla ipse suo nomine adjecterit & insorue-  
rit ob ordinari rationem & conciliacione caput, que  
in vicem adversari videbantur. Interim cum hactenus  
idem Decretum cum reliquo juri Canonici corpore una  
circumferatur & frequentetur; illudque postremo Gre-  
gorius Decimus tertius Summus Pontifex ei annumerat,  
atque adeò recognoscit, emendari & retineri curaveris  
(ut videre est in epistola Decreto prefatis) non est, quod  
hac in re amplius laboremis: ita ratiōne, ut qua eodem  
Decreto comprehensa sunt, singulare reverentur ad suam  
auctoritatem, juxta tit. sequent. De iuri scripti parti-  
bus. Unde non mirari non possum imperitiam eorum,  
qui leges civiles in Decretum conjectas eo ipso putant esse  
canonizatas, id est, in numerum sacerorum Canonum re-  
latas; cum ipse Gratianus, utpote homo privatus, eas ca-  
nonizandi potestatem non habuerit: sed eam retinent  
auctoritatem, quam ante haec habuerunt. Idem omnino ce-

sendum est de dictis ipsius Gratiani; nisi quatinus auto-  
ritate vel viru& juri ratione juventur. De ceteris vero  
iuri Canonici partibus, velut de Decretalibus Gregorii  
IX. qua sub nomine Extra, citantur, quae sunt extra  
Gratiani Decretum, quod tempore prius fuit: item De-  
cretalibus Bonifacii VII. que inscribuntur Sextus li-  
ber Decretalium; & quod quinque libris Decreta-  
lium Gregorii IX tamquam extensus liber accesserit; item  
Decretalibus Clementi V. que & video Clementinæ  
vocantur; & postremo de Extravagantibus iam Ioan-  
ni XXII. quam Communibus, que & idcirco Extravagantes  
appellantur, quod ante extra corpus iuri  
Canonici incertè quasi sede vagarentur, ac proinde e-  
tiamnum retinent idem nomen, licet peste in ordinem li-  
brorum iuri Canonici redacta fuit: de harum, inquam,  
auctoritate non est quod quis addubitet, cum ipso sum-  
mos Pontificis auctores habeant Quibus accedant & alio-  
rum summorum Pontificum constitutiones diuersissimis tem-  
poribus edita, qua & ob eamdem rationem idem Extra-  
vagantium nomen fortunear: quas hoc nostro tempore  
privata diligenter colligit Laëtitius Cherubinus J.C. &  
in unum quasi corpus coniicit sub Bullarii nomine: que  
ad placita Principum referri possunt, de quibus agitur in  
§. placita infra tit. scq. quemadmodum & ea, qua ex  
Concilii, praesertim Tridentino, à nobis desumpta, &  
in hac Summa congregata sunt, ad §. 2, eod. tit.

## DE IURIS SCRIPTI PARTIBVS.

## TITULUS II.

## §. 1. Quid sit ius divinum.

Ius divinum est, quod legibus veteris & novi  
Testamenti continetur; quo non solum hoc  
Ius Canonicum passim respersum est, verum  
etiam ex copotissimum profluxit, can. Qualiter 24  
in princ. Ext. De accusat. a

## §. 2. Decreta Conciliorum triplici generis.

Decreta Conciliorum aut sunt Universalium,  
aut Provincialium, aut Episcopalis, §. Porro dist.  
3, cap. Sicut 25, Ext. De accusat. b

## §. 3. Concilia Universalia quae?

Concilia Universalia sunt, quae a Prelatis Ec-  
clesiarum in unum locum ex toto orbe coactis  
celebrantur. Unde & Oecumenica, id est, totius  
orbis Concilia appellantur. Hocum quatuor ce-  
lebitora recessentur, Nicenum, Constantinopo-  
litum, Ephesum, & Chalcedonense; quae ab

Ecclesia Catholica tamquam quatuor Evangelia  
probata & recepta sunt, can. 1, §. Inter cetera dicit. 15,  
adde Novell. 131, de Eccles. tit. in princ. & l. 4, & 5, Nos  
redentes Cod. De summa Trinit. Non minorem ta-  
mea vim & potestatem habent & reliqua Conci-  
lia Universalia auctoritate Summi Pontificis  
congregata, & confirmata, d. can. 1, §. he sunt qua-  
tuor, can. 3, dis. 15, junctio can. 1, c. 2, dis. 19, In qui-  
bus eam Summi Pontificis auctoritas desideatur,  
non tam Concilia censenda sunt, quam con-  
ciliabula, sive improbata conventicula, can. 1,  
can. 2, & can. 5, dis. 17.

## §. 4. Concilia Provincialia quae?

Concilia Provincialia sunt, quae inter Episco-  
pos & alios Clericos ejusdem provincie institu-  
untur; olim quidem semel aut bis, annis singulis,  
can. 6, can. 7, & can. 15, dis. 18, cap. 15, Ext.

Gggg 2

D

*De accusat. nunc verò ex præscripto Concilii Tridentini quolibet saltem triennio cogi jubentur per Metropolitanum, aut, eo legitime impedito, per Coëpiscopum antiquorem : quibus omnes Episcopi, aliisque quibus id vel ex jure, vel ex consuetudine competit, interesse jubentur, Concil. Trident. sess. 24, cap. 2, de reformat.*

§. 5. *Concilia Episcopalia sive Diœcesana qua?*

Concilia vero Episcopalia sive Diœcesana sunt, quæ ab Episcopis inter suæ Diœcesis Clericos & Abbates iudicantur ; & quiue quotannis, ut Canones præscribunt, in can. Annis dist. 18, Concil. Trident. d. cap. 2, §. fin. Ad quæ exempti etiam omnes, qui alias cessante exemptione interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, accedere tenentur. Vnde Concil. Trident. d. §. fin.

§. 6. *De vi & effitu Conciliorum.*

Et quidem de cetera Conciliorum Universaliom omnes omnino Christianos ligant, can. 1, 8, 1, dist. 15, can. 5, & 7, xxv. qu. 1, cap. 1, c. 5, Ext. De const. l. Nemo C. De sum. Trinit. Concil. Flor. in unione Armeniorum. Provincialium vero & Episcopaliū non item, sed tantum subditos suos, quamdiu in provincia sive diœcesi sunt. Extra enim territoriorum jus dicenti impunè non paretur, cap. 2, & De const. lib. 6, 1, fin. De jurisd. om. jud. Quæ ratiæ ex his in corpus Canonicum relata (ut plerisque in locis videre est, in cap. 2, Ext. De elect. cap. Nec Epise. 7, Ext. De temp. ordin. cap. 1, Ext. De filiis presb. tum alibi.) aut alias a Summo Pontifice generaliter comprobata sunt, can. 1, dist. 10, ea haud dubiè & cæteros Christianos obligant, perratiōnem in §. fin. in fine inf. hoc illius,

§. 7. *De placitis Principum, & in primis Ecclesiasticorum.*

Placita Principum aut sunt Ecclesiasticorum; nam & Episcopi Principes appellantur, Psalm. 44. aut secularium. Inter Ecclesiasticos primum locam obtinet Summus Pontifex, cuius voluntas sive per epistolam, sive per decretum, sive per edictum explicata, vim & auctoritatem Juris habet, can. 1, & passim dist. 9, can. Si quis dogmata xv. quaest. 2. Sic omnes (inquit sacer. Canon.) Apostoli & sedis sanctiones accipiendæ sunt, tamquam ipsius divinæ Petri vocē firmatae sunt, can. 2, dist. 19.

§. 8. *Duplex genus placitorum.*

Ex his tamen quædam personalia sive singulæria sunt, certas tantummodo personas sive loca concernentia, s. sed & quod Principi Influit. De jure natur. quæ quædam contra juris communis rationem introducta sunt, ac proinde in exemplum trahit noa possunt, l. Quid vero 14, cum 1, seqq. D. De legib. cap. Sande 9, Ext. De privil. privilegia appellantur, quasi privata leges, can. 3, dist. 3. Alia vero, quæ generalia sunt, ad omnes procul dubio pertinent, cap. 1, & 2, Ext. Decret. can. Si quis dogmata xxv. qu. 2, & d. 5. Sed & quod in fine.

§. 9. *Constitutiones de eadem re, quando sibi in vicem derogant, & quid de statuti & consuetudinibus?*

In generalibus placitis sive constitutionibus id custodiimus, ut posteriores de eadem re constitutiones ad priores trahantur, & è contraria vel supplendi causa, l. Non est novum 2, & ibi Glof. sum il seqg. D. De legib. n. h. inter se contraria sunt ; quo casu prior constitutio semper revocata intelligitur per posteriorēm, etiam nulla illius mentione facta, cap. 1, De const. lib. 6, l. Sed 28, D. De legib. Licet diversum obneat in statutis & consuetudinibus locorum, huc dicitur verbis à Bonifacio VII. expressum „est, cujus verba hic liber adscribere. Licet Ro. manus Pontifex (inquit) qui iura omnia in scri. „nio peccoris sui censetur habere, constitutio. „nem condendo posteriorēm, priorem, quam. „vis de ipsa mentionem non faciat, revocare v. „catur : quia ramen locorum specialium ac per. „sonarum singularium consuetudines & statuta „(cum sint facti & in facto consistant) potest „probabiliter ignorare ; iphis, dum tamen sit „rationabilia, per constitutionem à novitate „editam (oisi expressè caveatur in ipsa) non in. „telligitur in aliquo derogare, text. est d. c. 1, De const. in 6.

§. 10. *De rescriptis ad beneficia & ad lites.*

Interdum à summo Pontifice rescripta impe. trantur, vel ad beneficia Ecclesiastica obtainendas, vel ad lites per delegatos judices cognoscendas, sive dirimendas, quæ et si personali sunt, cum ius tantum inter partes costruant, recipiunt tamē hanc interpretationem à jure communi, ut, si re. scriptum ad beneficium imperatum sit ab eo, qui

qui aliud beneficium Ecclesiasticum, licet exiguum habet, nullâ ejus mentione factâ, ipsojure tamquam subreptitum non valeat, cap. Si motu proprio 23. De proben. lib. 6. cap. Cum ad e 17. c. Postulati 17. Ext. Dêr. script. Quod & que observandum est, ac si ab alio, ejus nomine, impetratum sit, d. cap. Simotuproprio. Similiter rescriptum ad litem, per falsi suggestionem aut suppressionem veri extorum, aut etiam sine hujusmodi fraude obtentum (dummodo Summus Pontifex expressâ veritate, vel falsoitate omisâ, alias non erat concessurus) exceptione subreptionis oppositâ, coram datis judicibus, refellitur. Quippe hac clausula, Si preses veritate nitantur, vel, si ita est, semper rescripto tacite inesse censeretur, etiam si in eo non sit expressa, cap. Ex parte 2. & cap. Super literis 20. Ext. Dêr. script. addolatius. Panormit ibid. cap. Olim 25. Ext. d. tit. De jure autem civili exprimi debet in rescripto Principis secularis; l. fin. C. De divers re script.

Sia cessante fraude nihilominus erat concessurus rescriptum. S. Pontifex, catenus valer rescriptum quod Judices in eodem delegati, omisâ speciali formâ ipsius rescripti, procedere possint, servaro ordine juris communis, d. cap. Super literis vers. inter alios. Exemplo res magis illultrabitur. Scaturiamus, rem à me emptam esse, sed in precibus S. Pontifici oblati narratum fuisse, falso quidem, sed per errorem, quod & pretium ejus solverim: quo motus S. Pontifex judicibus rescripto datis mandavit, ut causam summariæ, & de plano absque strepitu & forma iudicij cognoscerent. Hac etenim specie & similibus, Judices non secundum speciem rescripti formam procedent, sed observato juris communis ordine, videbunt, per oblationem libelli, per litis contestationem, ceterisque solemnibus iudicij adhibitatis, iuxta ea, que lib. 4. tit. 2. cum seq tradidimus in & que tradunt DD. ad l. Prolatam 4. C. De sent. & interlocum. jud.

#### §. II. De statutis Legatorum Sedis Apostolicae & Episcoporum.

Post summum Pontificem, & Legati Sedis Apostolicae, cum fin. Ext. De officio Legati, & Episcopi, cap. 1. Ext. Demajor. & obed. cap. 2. De confit. lib. 6. statuendis ius habent, sed dum taxat in te ritorum sui subditos: art. men factos canonice & constituciones non offendant, neque iuris distinctionis loca limites excedant; d. c. 2. De confit. lib. 6. cap. circa princip. Declin. in Clem. cap. pen. Ext. Demajor. & obed. can. Inferior. d. 21.

#### §. 12. De placitis Principum secularium.

Placita Principum secularium sunt Imperatorum leges sive constitutiones, & sed & quod Principi Inst. De jure nat. quarum vestigia pallium in jure Canonico occurruunt, in cap. 8. Ext. De jnd. cap. 2. Ext. De ord. cognit. cap. 1. Ext. De jura calum. cap. 10. Ext. De probat. aliquis infinitus locis. Et quidem de his ius Canonicum conjectis, sive etiam aliis constitutionibus SS. Pontificum insertis, dubitari non debet, quia iuri nostri auctoritatem habent, ex ratione §. fin. inf. hoc iste. Intellige tamen de legis, que iuri Decretalium inserta sunt, non que Decreto Gratianus privatae ejus auctoritate comprehensa sunt, nam hea seq. § pertinent. Reliqua vero eti quoad personas & res Ecclesiasticas, ex se nullius momenti sunt, ex benignitate tamen sacerdotum Canonum & in forum Ecclesiasticum recipiuntur; dummodo Sacra Scriptura vel canonis sanctionibus, vel bonis moribus non adverterentur, can. 2. 4. 9. cum seq. dist. 10. cap. 1. Ext. De sent. & ro. jud. Nam haec spectat illud Lucii S. Pontificis: Sic ut leges non, dedigo auctoritatem sacros Canones imitari; ita & sacerdotum statuta Canonum, Principum constitutionibus adjuvantur, text. est in cap. 1. Denovi, oper. num. 8.

#### De sententiis Patrum.

Postrem quod attinet ad sententias Patrum, puta Augustini, Hieronymi, Isidori & similibus licet & haec nullam juris auctoritatem habeant (cum in condendo iure non solum scientia, sed & potestas magis necessaria sit, dist. 20. imprime) at tamen ex Leonina constitutione, post SS. Pontificum & sacerdotum Conciliorum decreta & sanctiones, alterum in decidendi causa locum sortitae sunt, in can. 1. dist. 20. d. exceptis illis, quae iuri Canonici corpore, auctalia constitutione S. Pontificis comprehensa sunt, ut in cap. 3. cap. 5. Ext. De confit. & alibi. quae & parem cum iis vim & auctoritatem habent. Vulgarum enim illud Juliani sunt, in L. 1. § sed neque C. De veteri jure enunciat. & a Bonifacio repetitum, in cap. Si. Apostol. 22. De proben. lib. 6. Omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram imperimus, haec de scripti iuri partibus.

#### NOTATIO IN TIT. 2.

Observandum est, Testamenti veteris precepta si sensu generali: aut enim ceremonialia fuerint, aut iuris iuris, aut morali. Ceremonialia pertincent ad divisionem iustitiae Decretum excluduntur; ut videtur est Leo-

Gggg 2 vit.

vit. cap. i. cum seqq. Iudiciale subseruiebant iustitia recte administranda, de quibus Exod. cap. 21. cum scq. Moralia ad morum disciplinam spectabant, veluti, Non occides, Non furaberis; & id genus alia, Exodi cap. 20. Et hac quidem omnia, quatenus sunt precepta veteris Testamenti, per Christi mortem sublata sunt, testibus Augustin. Epist. 9. & Hieron ad Augustin. Epist. 11. licet moralia precepta ut leges naturae, qua in mente nostra conscripta est, adhuc hodie obligent, sicut docet Gregor de Valencia in 12. D. Thom. tom. 2. disput. 7. quæst. 7. Addo Covarr. Variar. resol. lib. 1. cap. 17. in princ. Vnde precepta illa veteris Testamenti, qua à Summis Pontificibus repetita & Decretalibus suis inserta sunt, ut in cap. 1. Ext. De adulterio in cap. 1. cum 4. seqq. De iniuriis, cum similib. non ut divina lege precepta à nobis obseruantur, sed ut humani iuri sunt inova, videlicet, sanctione à Summis Pontificibus revocata & recepta. Ne movere nos debet, quod aliquando in Decretalibus vocentur precepta divini iuris sive legis, ut in cap. Literis 13. Ext. de iustitiae spoliat. in cap. Tua 25. in cap. In aliquibus 15. in fine De decimis; quia exaudienda sunt de divina lege veteris Testamenti; ad cuius imitationem Summi Pontifices huiusmodi sanctiones induxerunt, vide Covarr. d. c. 17 & quæ notavimus ad §. Illud verò in fine De testamento.

b Addunt alii quartum genus, Nationalium, hoc est, certa alicuius nationis sive regni: qualia sunt Concilia Toletana, Carthaginensis, similia. Verum hoc commode revocari possunt ad Provincialia. Vide qua de Conciliis tradit Bellarm in 4. disp. 1. tomo Controvers.

g Idque verum est, nisi lex civilis expresse statuat de personis & rebus Ecclesiasticis. Nam hac specie ad forum Ecclesiasticum trahiri non debent, cap. Ecclesia S. Mariae Ext. De constitut. & ibi Panorm. num. 10. Fe linus num. 40. vers. Prima est, & Decimus num. 88. cum seqq. Quod ideo receptum existimo, ne ex huic modi admissions Principes seculares ius sibi vindicent in

personas & res Ecclesiasticas, cum perniciose subversione jurisdictionis Ecclesiasticae. Nisi foris lex Civilis privilegium Ecclesia contineret. Quo casu eam admittendam esse. & quidem recte, tradit Panorm. jam dicto loco, & probat text. in can. fin. xvi. quæst. 1. vel si disjuncta sacra Canonibus recepta sit; ut in cap. unico Ext. de cognat legali, in cap. Nulli De rebus Ecclesiasticis. Ut hinc estimare liceat, quanti momenti sint leges Iustiniani in C. & Novellis, de persona & rebus Ecclesiasticis nominatis disponentes. Tametsi illa olim obvirent non tam de jure quam de facto; ut pose dissimilantibus Summis Pontificibus, ob tunc temporis praesentem Ecclesia statum. Quod velinde liquet, quod Symmachus S. Pont. in Synodo Romana, omnibus Laicis de rebus Ecclesiis disponendi potestatem abrogavit, cap. 1. dicit. 96. Et tamen constat Symmachum tempore Anastasi Imp. vivisse, qui Iustinianum Imp. antecessit. Igur statuta acrorum Canonum Principum constitutionibus adjuvantur, etiam in personas & res Ecclesiasticas, ubi sic nominatum de his non constituant, sed simpliciter loquuntur, c. 1. cap. 2. De novi op. nunt. Ut & hinc si quid obscurius aut minus explicat constitutum est in iure Canonicco, quod tamen apertum est de iure civili vel contra, alterum ab altero interpretationem sive declarationem remutetur. Alciatus ad 1. Privilegia. C. Descriptio Ecclesie. Vix verò Ius Canonicum & Civile sicut à se invicem dissentient, utrumque in suo foro retinendum est. Panorm. ad 4. cap. 1. du. 7. De novi op. duat & quæ nor ad cap. 2. De arbitrio in 6. nisi in Civile peccatum forveat, ut sunt leges permutantes iuris, concubinatum, prescriptionem cum malo fide, & similiter quibus cassibus ad ius Canonicum recurrunt, expiatio in Civili, etiam quadam forum suum, perteext in cap. fin. Ext. De prædicti. Panorm. ad d. c. 1. Bartol & Salyc ad d. l. Privilegia

d Ita tamen, ut & leges Civiles sententia SS. Patrum proponantur, iuxta §. præced. in texu.

## DE IVRIS NON SCRIPTI PARTIBVS, ID EST, DE TRADITIONE ET CONSUETUDINE. TITULUS III.

**§. 1.** Quæ constent traditione,  
**T**raditione constant ea, quæ initio sola voce à Juris conditoribus prodita, ad nos veluti per manus pervenerunt; licet ea posteritas scripto complexa sit, can. Ecclesiastiarum dist. 11. cuiusmodi sunt, in sacrificio Missæ, permixtio aquæ cum vino, can. 1. de consecrat. dist. 2. oculorum

& de vi sive effectu traditionis.  
elevatio ad exemplum Christi, cap. Cum Martha & Ext. De celebrat. Missar. tria inunctio eorum, qui baptizantur, d. cap. Ecclesiastiarum; jejunium Quadragesimale, Hieron ad Marcellam de errorib. Monaci, baptismus parvolorum, Origines in cap. 6. apij. ad Rom. aliaque quamplurima; quæ non minorum, quam